



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118294**

§. 102. Lis inter Imperatorem, & Mediolanensem Ducem composita.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66272)

Sæcul. XV. Vasallos suos Cæsaris imperia renuentes,  
A. C. 1418. ut se se submitterent, vel ipsius compellat,  
 vel, ut ab aliis vi cogantur, pateretur.

## §. CII.

*Lis Imperatorem inter, & Mediolanensem Ducem composita.*

*Raynald. an. A* liquot abhinc diebus Imperator ad va-  
*1418. an. 2.* rias ditiones Legatos suos nomina-  
 vit. Philippus Maria Dux Mediolanensis  
 exortis quibusdam simultatibus cum Im-  
 peratore Sigismundo Constantiam misit  
 Abbatem Manfredum S. Crucis, qui Sa-  
 cræ Cæsareæ suæ Majestati pro ditione  
 Mediolanensi clientelare profiteretur ob-  
 sequium. Cum vero novæ inter eos suc-  
 crescerent lites, Imperator ad Ducis preces  
 Episcopum Passavensem & Comitem Ot-  
 tinganum Mediolanum misit, pacificam  
 inituros compositionem. Præcipua re-  
 conciliationis conditio erat, Dux Medio-  
 lanensis copias suas Montis-Ferraten-  
 bus jungeret, & communibus armis  
 bellum moveret Genuensibus, quorum  
 agendi ratio haud probabatur Imperato-  
 ri. Verum Ducis istius fides merito in  
 suspicionem trahebatur; accusabatur  
 enim, Beatricem Tendam ejus conjugem,  
 eoquod illam cum Sigismundi Legatis  
 conspirasse suspicarot. ejus jussu capite  
 truncatam fuisse.

## §. CIII.